Importuna fides: quicquid res dura negarit.

<sup>episcopus</sup>  
Sola frequens votis oratio prestat honestis:

tenet parabolam de  
amico qui medianocte  
in portum exat in  
acommodacionem  
psalmus lince. 11.

<sup>valde amatus</sup>  
Unanimam panem sic ille petebat amicum

<sup>obscuritate</sup>  
Cui foribus clausis per opaca silentia noctis

<sup>fortiter</sup>  
Obnixusq; diu confidenterq; neganti

<sup>petiuit panem</sup> <sup>affertuosus</sup>  
Vocibus assiduis precibusq; extorsit banelis.

Agit de efficiente et  
iusta putens sedente  
petente bibere aqua  
samaritana muliere  
ihoanis. 4.

<sup>ardente</sup>  
Preteriensq; vie dominus loca samaritane

<sup>calore</sup>  
Humanam flagrante sitim collegerat estu.

<sup>f. d.</sup>  
Fonsq; perbennis aque modicam desiderat undam;

Ut biberet: <sup>eat. parte. homo</sup> qua corpus erat, tunc <sup>facis. cori</sup> accola gentis

Stans mulier paruum puteo retraxerat haustum;

Cum dare cunctatur periture munera limbe;

Agnosens <sup>ae. p.</sup> propriam <sup>magis. q. q. quibus. Nicos. habuit</sup> muneroso coniuge vitam;

Orati <sup>pharis. daei</sup> exhausti tribui sibi dona fluenti

Eternam <sup>de</sup> positura <sup>aqua. p.</sup> fitim, qua nemo carere

Dignus erit: domini nisi <sup>baptizatus</sup> merfusus gurgite christi

Præcipiat placidas anime non corporis undas.

Dumq; sui residens <sup>in medio templo</sup> media testudine templi

<sup>ad. sonas. patris. ad. viam. recta</sup> Ore tonans patrio directi ad peruisa callis

Errantem <sup>amirabilib;</sup> populum monitis conuertit amicis;

Ecce <sup>circumstante</sup> trabebatur magna stipante caterua

Turpis adulterii mulier lapidanda reatu,

Quam <sup>potestas. p. p. p.</sup> pharisea manus placido sub iudice sistens

Cum dampnare parat: plus liberat, omnibus illis

Nam simul e turbis proprio sine crimine nullus

Acusator erat: <sup>injuncta</sup> saxum qui missile primus

Sumeret, <sup>turpis. peratum. adultere</sup> obscene feriens contagia meche.

Hæc poterat quisq; festucam vellere paruan

Ex oculo alterius: proprio qui lumine grandem

Sciret inesse trabem, profugus sic ille recessit

*igitur de muliere in a  
dulterio deprehensa  
e presentata ihoanis  
octavo.*

*matth. 7.  
et luc. 6.*

<sup>meda</sup> Impetus: <sup>z unjta</sup> clemens donat sententia culpant:  
 Jam non peccandi sub conditione solutam  
 Nam vomitum: quicumq; suum canis ore relambit:  
 Nec veterem studet hic veniam: nec habere futuram  
 Quis dampna tenens: illius compendia perdans.

Subvertit circacōne rei  
 nacti aq; ihoanis .g.

<sup>iens</sup> Indemeans genitum cernit: confidere cecum:  
 Qui male pregnantis de laspus ventre parentis  
 In lucem sine luce ruit: tunc sanguinis ille  
 Conditor humani mundi:q; orientis origo.

Imperfecta diu proprii non passus haberi  
 Membra operis: natale lutum per claustra genarum  
 Illiniens hominem veteri de semine: supplet.  
 Nec visum tamen ante capit: q; voce iubentis

Accepta domini siloam venisset ad vndam.  
 Et consanguinei fatus medicamine limi.  
 Pura oculos fouisset aqua: mox ergo gemelle  
 Oculibus effulgent acies: tandemq; inerentur

ponit huius ruzaculi  
 alegoriam

Ignorum spectare diem: cognoscite cuncti  
 Quistia quid doceant animos miracula nostros.

Ceca sumus proles misere defectibus eue:  
 Portantes longo natas errore tenebras.

Sed dignante deo mortalem summere fouam

Tegminis humani facta est et virgine nobis <sup>maria s.</sup>  
 Terra salutiferis que fontibus abluta sacris <sup>s. baptisim</sup>  
 Clara renascentis reserat spiramina lucis, <sup>s. p. c.</sup>  
 Bethanieq; solum repetens intrarat. ibiq;  
 Lazarus occidua <sup>nisi</sup> tumulatus sorte iacubat <sup>forma</sup>  
 Jam quarto sine luce die: claususq; sepulchri <sup>vita</sup>  
 Marmore corruptum tabo exalabat odorem. <sup>feridum .. p. u. l. o. s.</sup>  
 Flebant germane flebat populatio presens <sup>morta et mofalegia</sup>  
 Flebat et omnipotens: sed corpore non deitate, <sup>in quatuor hōma q. a. moritur gerat</sup>  
 Exanime s; artus illa pro parte dolebat;  
 Quia moriturus erat, lacrimisq; impleuit amicum <sup>miraculi facti deum</sup>  
 Quicquid dicitur domini, quid credere marta moraris?  
 Quid ue maria gemis? christus dubitatis amicum  
 Possit ab infernis hominem reuocare cavernis? <sup>resurrexerunt in die iudicij</sup>  
 Qui dabit innumeras post funera surgere turbas;  
 Ergo ubi clamantis domini sonuit tuba dicens;  
 Lazare perge foras: magno concussa pauore <sup>indign</sup> <sup>parte</sup>  
 Tartara dissiliunt, herbi patuere recessus,  
 Et tremuit letale chaos, mortisq; profunde  
 Rex perit, atq; anima proprias repetente medullas <sup>capite</sup>  
 Cernitur ante oculos viuens ad stare cadauer <sup>stans s.</sup>  
 Postq; sepulchralem tanq; recreatus honorem,

Agit de resurrexerunt  
 lazari i. i. i. i. i.

*post mortē narty*

Ipse sibi moriens <sup>vana</sup> et postumus <sup>Ymij</sup> erat et heres.

*ostendit quomodo  
intravit in iheru  
salem in die xxij  
palmas sedens sup  
asina et c matheij*

Etq; caduca vagi <sup>causa</sup> contempnens <sup>causa</sup> culmina secli

Monstraret se rite <sup>causa</sup> domini: non curribus altis

Qui pompe mortalis honor <sup>causa</sup> rapidisq; quadrigis

Dulvereum sulcavit iter: nec terga frementis

Ardua pressit equi: falceris qui pictus <sup>causa</sup> et ostro

Ora cruentatum mandentia concurrit aurum:

Sed lento potius gestamine vilis aselle

Rectori suffecit honos: lenis vngula cuius

Ut tanto sessorē decus mirabile portans

Mobilior sub fasce foret <sup>causa</sup> non illius impar <sup>causa</sup>

Qui patulo chastum <sup>causa</sup> (licet in presepe iacentem)

Agnovit tamen esse <sup>causa</sup> domini: plebs omnis adorans

Insollito molles subiecit tramite vestes.

*exclamatio antoz  
in populoz gentiles  
sup exhibicionez  
honoris data e  
a populo iudicio*

Dicite gentiles populi: cui gloria regi

Talis in orbe fuit: cui palinis <sup>ornata</sup> compta vel vnquam

Fronibus arboreis laudem <sup>causa</sup> celestibus hymnis

Obuia turba dedit: domino nisi cum patre christo

Qui regit ethereum princeps in principe regnum

Explicit quartus liber. Incipit quintus.





as inter virtutis opes iam proxima pasche

*sedulij libet quibus  
incipit in quo agit  
de passione et p  
mo premitit da  
rificationez & apat  
p Vocem patris au  
firtaz ihoanis. 2.*

Leperat esse dies: dñi cum gloria vellet

ponere mortalem: viuanqz resumere carne

*s. resume  
2c.*

Non aliam: sed rursus eam: q̄ munere plenam

Lucis ab infernis releuans ad sydera duxit.

Exclamansqz palam: pater ista memet in hora

Saluifica (sed in hanc ideo veni tamen horam)

Clarificaqz tuum inquit nomen. magna qz celo

Uox resonans venit per nubila clarificauit:

Clarificemqz iterum: quod aptius est patre teste:

Celo assertore: ac nec sic agnoscere christum

gens voluit iudea deum. pars esse ferebat

Hoc tonitrum: pars angelicam crepuisse loquelam.

O gens ceca oculis: o gens durissima corde:

Huius potuit tonitrus christum: seu angelus vllus

Auctorem generasse suum: qui nomine patris

Audito responsa daret. sed ab ore tonantis

Matrum agnoscentis (populus quo crederet astans)

Uox emissa suo respondit consona verbo.

Annua tunc sacre celebrans per munera cene

Pascales ex more dapes: humilem qz ministrum

Se faciens: et grata suis exempla relinquens

*sublequit agere de re  
na e inqz discipulis et  
de loratione pedum disci  
puloz ihoanis. 3.*

*e. s.*

<sup>luis .f.</sup> **A**ssurgit famulisq; libens famulatur et omnem  
<sup>ronas</sup> <sup>in tantis</sup> **I**nteolo accinctus tantum inclinavit honorem;  
<sup>.i. pced</sup> **D**iscipulis ut sponte lauans vestigia cunctis;  
**N**ec iudam exciperet: que in proditionis inique  
<sup>lorionis h' o iuda</sup> **M**ouerat auctorem. sed nil tibi gloria seue  
<sup>prodebat</sup> **T**raditor illa dabat pedibus consistere mundis;  
<sup>.i. canone</sup> **Q**ui sensu pollutus eras. velud omne sepulchrum <sup>mathej. 2. 43.</sup>

**E**xteriora gerens albe velamina forme  
<sup>szio</sup> **S**ordibus interius fedoq; cadauere plenum

Agitur de magnificatio  
 ne pdicionis iude  
 facta a xpo ihoan  
 eodem capitulo.

<sup>intintuz</sup> **N**ec dominum latuere doli: scelerisq; futuri.  
<sup>intintuz</sup> **P**rodidit auctorem: panem cui tradidit ipse:

<sup>quia d' vntuoz</sup> **Q**ui panis tradendus erat. nam corporis atq;  
<sup>.i. xpus .i. gustans</sup> **S**anguinis ille sui libans postq; duo munera sancti:  
<sup>libet</sup> <sup>.i. pherum auctore</sup> **A**tq; cibum potumq; dedit: quo perpete nunq;  
<sup>ur .f.</sup> **E**suriant: sicientq; anime sine labe fides.

ostendit quomodo sata  
 nas intravit in iu  
 dam post buclam pa  
 nis are acceptam ibi  
 dem et mathej. 26.

<sup>in quos iuda</sup> **P**rotinus in iudam sedes ubi liuor habebat;  
<sup>niger .f. non emq; tatis</sup> **S**piritus intrauit teterrimus. armaq; summens  
<sup>cont</sup> <sup>.i. serui</sup> **I**n dominum seruile dedit consurgere bellum

<sup>quid s' mms</sup> **D**atus grande nephas parua mercede. nec illi  
<sup>.f. quia p dms</sup> <sup>quia sic auct</sup> <sup>lno</sup> **C**ulpa datur: precioso sed inherent crimina facto.  
<sup>in tantis</sup> **T**antumdem sceleris terdena numismata summens  
**A**rgenti paruo cecatus munere gessit;

herbidia

<sup>in quatuor</sup>  
 Quantum cuncta simul terrarum regna marisque  
<sup>vantis</sup> <sup>acrum</sup>  
 Diuitias omnemque vagis cum nubibus et bram  
 Si caperet gesturus erat neque enim bona mundi  
<sup>si qd dicit</sup>  
 Sufficerent magni fuso pro sanguine christi  
<sup>si iustam</sup>  
 Qui pater est mundi qui fecerat hunc quoque nasci  
<sup>si iustas</sup>  
 Atque utinam sterili dampnatus matre nequisset  
<sup>si vite</sup>  
 Natalem sentire diem ne luminis huius  
<sup>sentiret</sup> <sup>si vantis</sup>  
 Haussisset placidas flabris vitalibus auras  
<sup>si morte</sup>  
 Aeterno torpore latens miseroque fuisset  
<sup>si ubi vitam si videre si epm</sup>  
 Sors melior nescire datam quam perdere vitam  
<sup>missis</sup> <sup>vite</sup>  
 Aut male fusus buono confestim munera lucis  
<sup>hoc est moueret</sup> <sup>expedit</sup> <sup>magna</sup>  
 Perderet ut puluis quem ventus proicit ingens  
<sup>venibus</sup> <sup>mortis</sup>  
 A facie terre rapidisque volatibus actus  
<sup>si iustas</sup>  
 Spargitur in vacuas nebulis obscurior umbras <sup>psalms 1</sup>  
 Tunc cruenta ferox audax insane rebellis  
 Perfide crudelis fallax venalis inique  
<sup>crudelis</sup>  
 Traditor inuitis fere proditor impie latro  
<sup>alferet</sup>  
 Preuius horribiles committaris signifer enses  
<sup>si caritatem</sup> <sup>si fustibus</sup>  
 Sacrilegamque aciem gladiis sudibusque minacem  
<sup>si e</sup> <sup>si pectus</sup> <sup>si maniggetis</sup>  
 Cum moueas ora ora premis mellique venenum  
<sup>fallaguerat</sup>  
 Inferis et blanda dominum sub ymagine prodis  
<sup>si m</sup> <sup>si e</sup> <sup>amirabili</sup>  
 Quid socium simulas et amica fraude salutas

in cepat iuda proditor  
 quod epm osculo tra  
 dat mathej. 26.

Munq̄ terribiles pat̄ coniuratur in enses.

<sup>..i. transfinginea</sup> Aut truculenta pio lupus oscula porrigit agno.

Subjungit qualiter  
ep̄da iuda deprehe  
sq̄ curant abueim  
lam maldi serij  
principis sacro  
tuz matheij. 26.

Traditus ergo v̄ris operator sanctus iniquis:

<sup>..i. noz alinquit</sup> Consuetam non linquit opem. puerosq̄ reuulsam

<sup>..i. aliqua</sup> Ense petri (ne qua pius a pietate vacaret)

<sup>nam p̄</sup> Reddidit auriculam. nec enim vindicta tonanti

<sup>..i. deo</sup> Conueniens humana fuit: qui millia patrem

<sup>..i. angelozff</sup> Angelicas sibimet legiones poscere posset

<sup>..i. v̄lta</sup> Plus duodena dari: si mallet summere penas

<sup>ignorantias</sup> De meritis: q̄ sponte suas ignoscere plagas.

<sup>..i. xp̄</sup> Tunc parci mucrone iubet: quia venerat ipse

<sup>..i. noz separare anima</sup> Ponere pro cunctis animam. non tollere cuiq̄.

Subjungit teina petij  
negationem ante gali  
cantuz a eminatam  
petro et quom̄ ducta  
est ad domuz ray  
phe matheij. 26.

Jamq̄ petro clara iam dudum voce fatenti

<sup>..i. alas habens</sup> Cum domino se velle mori prius aliger inquit

Quaq̄ gallus cantet: hac me ter nocte negabis.

<sup>hoc s̄ dixit</sup> Non reprobando fidem: sed predicendo timorem.

<sup>..i. p̄</sup> Continuo ad tristes caypbe deducitur edes.

<sup>rayfa</sup> Ille sacerdotum fuerat tunc deniq̄ princeps.

<sup>ille mo</sup> Et princeps scelerum: namq̄ hoc residente cathedra

<sup>rayfa</sup> Pestifera falsis agitatum testibus ardet

<sup>motum</sup> Concilium. iam iamq̄ volant mendatia mille

<sup>invenaonibz</sup> In dominum vanis hominū conflata fauillis.

<sup>Acta</sup> compositionibz et  
invenaonibz

<sup>mendacia</sup> Et pereunt leuitate sui; velut ignis oberrans  
<sup>licet</sup> Et rentes stipulas vires cui <sup>ignis</sup> summa crenandi  
<sup>magia</sup> Materies infirma rapit; victoq; furore  
<sup>vigore ignis</sup> Labitur mualide de formis gloria flamme.  
<sup>enantes</sup> Postq; <sup>suus</sup> nulla dolis patuit via; brachia tolli  
<sup>conf. moventem</sup> Armat in insontem senus furor, heu mihi q̄tis  
<sup>turbam</sup> Impedior lachrimis: rapidum memorare tumultum  
<sup>tandem</sup> Sacrilegas mouisse manus, non demiq; passim  
<sup>et</sup> Vel colaphis pulsare caput, vel cedere palmis,  
<sup>mala</sup> Aut spuerre in faciem plebs execranda quieuit,  
<sup>indignato</sup> Ille tamen patiens subito corpore totum  
 Sustinuit; nostreq; dedit sua membra saluti.  
 Namq; per hos colaphos caput est sanabile nostrum,  
<sup>lauent</sup> Nec sputa per dominū nostram lauere figuram,  
<sup>aperatis</sup> His alapis nobis libertas proxima plaussit,  
<sup>petri</sup> Et senior cui cuncta potens predixerat auctor;  
<sup>petri</sup> Que ventura forent (quoniam transire nequit  
<sup>si</sup> Infectum; quod cristus ait) se proxfus non ait esse  
<sup>epi</sup> Ipsius ex sociis; semel ac bis terq; negauit,  
<sup>denudatis</sup> Et gallus cecinit, completa est sanctio christi,  
<sup>memoria</sup> Et sensus rediere petri, memor ille malorum  
<sup>illiq</sup> Immemoris dampnavit opus; gemituq; sequente  
<sup>flecti</sup> e, iiii.

Subiugit p̄uisione e  
 esputa et alapas eo  
 dem capitulo.

ponit negatione triua  
 petri ante galli can  
 tum

<sup>·s. pet</sup> Culpa fugit, cedunt lacrimis delicta profusis,

Et dulcem veniam fletus generastis amari,

<sup>·s. mortis</sup> Jamq; dies aderat nocturna mestior umbra,  
<sup>·s. mortem</sup> Flagitium visura nouū, tenebrisq; remotis  
<sup>·s. dies</sup> Pandebat populis iudee crimina gentis,

<sup>·s. 7.</sup> Vox igitur dominū pylati ad menia duci

<sup>·s. pernam</sup> Flexibus ad strictum iudas vt vidit iniquus;

<sup>·s. perata</sup> Dirigit, scelerisq; sui commertia reddens,

<sup>·s. suū</sup> In casum facti precium non facta reliquit,

Quid z, n. prodest illic trepidare timore:

Nullus vbi timor est: aut que confessio tetro

Lucet in inferno: cum iam demersa securis

<sup>·s. moris</sup> Arboris infande radicibus excialem,

<sup>·s. arbor</sup> Que peperit fructum: feralia germina vertat

<sup>·s. trunco</sup> Sunditus: z dignis pereant mala robor a flammis:

Continuoq; trucis correptus mente furoris

<sup>·s. laqueo se suspendit</sup> Se quoq; morte petit: tanq̃ tunc sanior esset;

<sup>·s. iudas</sup> Cum scelus vlcisci precurreret, ipsaq; dire

<sup>·s. app' est</sup> Gutture vocis iter cuncti que vendere mundi

<sup>·s. strittis</sup> Ausa redemptorem: nodatis faucibus angens

In felicem animā laqueo suspendit ab alto.

<sup>·s. fuit</sup> Lenior ira quidem tante pro crimine culpe:

<sup>judas</sup>  
Lunctorum cui nulla foret par pena malorum

<sup>fuit</sup>  
Exitus hic mortis tamen: & subline cadauer:

Ostendit populis quanto de culmine lapsus:

<sup>erat</sup>  
Pridem discipulus; qui nunc reus alta relinquens

<sup>infernus</sup> <sup>usque ad</sup>  
Sydera tartareum descendit ad usque profundum.

<sup>antea</sup> <sup>apostata est qui ois legem totam</sup>  
Tunc vir apostolicus; nunc vilis apostata factus.

At dominus patiens cum presidis ante tribunal

Staret; ut ad iugulum ductus mitissimus agnus;

<sup>ignocentis</sup>  
Nil inimica cohors infantis sanguine dignum

<sup>epm</sup> <sup>cohortis</sup>  
Inueniens regem quod se rex dixerat esse:

<sup>epm</sup> <sup>cohortis</sup>  
Obicit, & verum mendax pro crimine ducit.

<sup>est</sup> <sup>legem</sup> <sup>deniget</sup>  
Nec mirum si iura dei gens perfida vitet;

<sup>gens</sup> <sup>ubi volata</sup>  
Imperiumque neget; lucos que semper amavit.

Idola dilexit simili nam more furentes

Tunc coluere babal; nunc elegere barabbam;

<sup>condemnat</sup> <sup>epo</sup> <sup>barabas</sup>  
Dampnatque pio; conseruatoque proteruo;

Mutauit per utrunque viam sententia iustam;

<sup>ille</sup>  
Actor lucis erat; iussus qui summere mortem.

<sup>ille</sup> <sup>vitam</sup>  
Euctor mortis erat; iussus qui summere lucem.

Credite iam christum pro cunctis credite passum.

<sup>veritas</sup>  
Quid dubitatis adhuc? en sectus terga flagellis

<sup>sustinet</sup>  
Subditus oprobriis; penas amplectitur omnes

illi.

Regi quomodo ante pila  
tuz est a iudeis accusa  
ta et quomodo perierunt  
epm crucifigi et bara  
bam solm. 27.

<sup>mortez sint</sup>  
Nec dignus sentire necem, ceu latro periret.

<sup>hoz</sup> <sup>condelis</sup> <sup>ablativa</sup>  
Deu falsę torua patrum segetem cesura nepotum.

Improbatur peratuz  
pilati.

<sup>tu</sup>  
Deu facinus pylate tuum: quot gesseris vno

Crimina iudicio: vigili si mente notares:

Non solas lauisse manus sed corpore toto

Debueras: sacrum venie sperare lauacrum. <sup>baptismus</sup>

<sup>em</sup> <sup>positis</sup> <sup>te. p. p. em</sup>  
Corripis infontem: sistis sub preside regem.

<sup>mouent aut dignos</sup>  
Preponis humana deo, qua morte teneris:

<sup>magna</sup>  
Qui dominū munerosa cruci per vulnera figis:

ascendit quom̄ d'ad ren  
em condepnat et de  
e coinea: et espinea  
rona inducty est eo  
lem capitulo.

<sup>mortem</sup> <sup>icet</sup>  
Cumq; datus seuis ad penam sanctus abiret

<sup>p. tegmine</sup>  
Silitibus: vilem rubri sub tegmine cocci <sup>agatō</sup>

<sup>figura</sup>  
Vestitur clamidem: species vt cuncta cruenta

<sup>magnus</sup>  
Mortis ymago foret. spinis circundedit amplum

<sup>teeta</sup>  
Flexa corona caput: quoniam spineta benignus

<sup>em</sup>  
Omnia nostrorum suscepit ille malorum.

<sup>p. e</sup> <sup>imperium p. co</sup>  
Implet arundo manū. sceptrum quod mobile terre:

Inualidum. fragile. est vacuum. leue. moxq; alienos

<sup>v. vestem</sup>  
Deponens habitus proprium suscepit amictum.

<sup>v. a</sup>  
Scilicet humane positurus tegmina carnis.

<sup>v. corruptibile</sup>  
Et sumpturus item nil iam vt mutabile ferret.

Post mortem propria cum magestate resurgens.

<sup>mysterio</sup> <sup>factuz</sup>  
Nec sine diuino constat moderamine gestum.



<sup>que</sup> Quod vinum cum felle datum tristemqz saporē

Suscipiens tetigit labijs; z ab ore remouit.

Quippe necem paruo degustaturus amaram

Tempore qui reduci contempnere carne pararet;

Protinus impatuli suspensus culmine ligni;

Religione pia mutans discriminis iram,

Pax crucis ipse fuit. violentaqz roborā membris

Illustrans propriis penam vestiuit honore.

Suppliciumqz dedit signum magis esse salutis;

Ipsaqz sanctificans in se tormenta beavit.

Ne ue quis ignoret speciem crucis esse colendam;

Que dominū portauit ouans ratiōne potenti

Quatuor inde plagas quadrati colligit orbis.

Splendidus auctoris de vertice fulget eous;

Occiduo sacre lambuntur sydere plante

Arto dextra tenet medium leua tigre arcem.

Lunctaqz de membris viuūt natura creantis;

Et cruce completus christus regit vndiqz mundum;

Scribitur z titulus. Rex est hic iudeorum.

Quo nihil a pietate uacet. nam celitus actum

Hoc hebreā refert hoc greca. latinaqz lingua.

Hoc docet vna fides. vñ ter dicere regem.

prosequit de cenā signi  
one remouendū cen  
ris mysterium. 27.

Agit de titulo cenā  
aposto et de missi  
one sortis sup veste  
epi. 27.

Digit & duobus latro  
ribus in crenis  
gibis 7.

<sup>in veste</sup> Quis in cœuiis fors mittitur; ut <sup>quia</sup> sacra vestis  
<sup>metuosa</sup> Intemerata manens a christo scisma vetaret.  
<sup>et</sup> Quin etiam infontis latere ex utroque <sup>scelerosus</sup> cruentos  
<sup>judicis</sup> Constituere viros; meritum licet omnibus unum  
<sup>erat</sup> Non faciat (similis quis sententia) namque  
Inter carnifices iusto pendente latrones,  
<sup>latronum</sup> Par est pena trium; sed dispar causa duorum  
<sup>latrones</sup> Hi mundo sunt quippe rei pro crimine multo.  
<sup>liberatus</sup> Huic reus est mundus saluatus sanguine iusto  
Supplicisq; tamen rerum dominator in ipsis  
<sup>sue</sup> Jura potestatis non perdidit; equis utrumque  
<sup>et</sup> Judex namque tuens, hunc eligit; hunc reprobauit  
<sup>quia reprobis</sup> <sup>quia scriptis</sup>  
Amborum meritum precelso examine pensans,  
Unus, n. quem vita feror nec morte relinquit)  
<sup>contra</sup> In dominum scelerata mouens <sup>sue lingue</sup> conuicia dictis  
<sup>habes scitias rapet</sup> Mordebat propriis, et tanquam setiger byreus  
<sup>et</sup> Ore venenoso vitem lacerabat amenam,  
<sup>bonglar</sup> Alter adorato per verba precantia christo,  
Saucia deiectus flectebat lumina tantum  
Lumina nam geminas arcebant vulnera palmas,  
<sup>latrone ita</sup> <sup>sunt</sup>  
Hunc dominus (ceu pastor ouem deserta per arua)  
<sup>per</sup> Colligit errantem; secumque adducere gaudet

seta ideo est  
pily grosque  
hircorum.

Im campis <sup>10</sup>paradise tuos; vbi flore perbenunt  
*fatilis*

Bramineus blanditur ager, nemorumq; voluptas  
*irrigantibz*

Irriguis nutritur aquis. interq; benigne

Conspicuos pomis non deficientibus hortos,  
*diabolz* *latronz*

Ingemit antiquum serpens habitare colonu.

Ambo igitur varium diuerso calle latrones

Agressi facinus violentum grande patrant,  
*itad* *bonz*

Infernas adit ille fores; adit iste supernas;

Ille profunda sequens penetrauit claustra gebennae,  
*malz* *infernz*

Abstulit iste suis celorum regna rapinis,  
*arepit* *bonz* *in sua fide*

Interea horrende subito veneret tenebre  
*celum* *astruum*

Et totum tenuere polum, mestisq; nigrantem

Exequiis texere diem, sol nube coruscans  
*roperat*

Abscondens radios, tetro velatus amictu  
*decorum latuit* *ofuscabit*

Delituit; tristemq; infecit lutibus orbem.

Hunc elementa sibi meruere cernere vultum;  
*epi*

Euriliis orbata patris, letata per ortum;

Obsta per occasum, nam lux vt tempore fulsit  
*epi* *epi* *fiat*

Mascentis domini; sic hoc moriente recessit;

Non absens mansura diu; sed missica signans

Per spacium secreta suum, certe tribus horis,

Leca tenebrosi latuerunt sydera coeli:

Subiugit de edipso solis et  
tenebris factis in viij  
Versa terra. 2. 7.

<sup>puer</sup>  
Sic dominus clausi triduo tulit antra sepulchri.

ostendit quom̄ terra  
tremuit in passione  
27.

<sup>tusticia</sup>  
Nec tellus sine clade fuit: que talia cernens  
<sup>oīno</sup>  
Funditus intremuit, dubioq; in fine suppreum

<sup>timuit</sup>  
Expauit natura modum: ne cogeret omnem

<sup>.. xj</sup> <sup>.. perire</sup> <sup>.. magnificentiē</sup>  
Summus apex inferna petens succumbere motem: <sup>mundi</sup>

Auctoremq; sequens per tartara mundus abiret.

<sup>.. e</sup> <sup>.. in inferno</sup>  
Sed pietas immensa vagas properabat ad umbras

<sup>matrimundi</sup> <sup>.. relinquens</sup>  
Perdita restituens: non consistentia linquens.

ostendit duriciam  
cruafigentium  
qm̄ nec his n̄sis n̄j  
saculis mouebant

Nulla tamen tanti metuerunt signa pericli:

<sup>eram</sup> <sup>portus</sup>  
Qui dominū fixere cruci, quin insuper haustum

<sup>27.</sup>  
Cum peteret sitiens: vnus de plebe nebanda

<sup>sponse</sup> <sup>.. cum sine</sup>  
Peniculo infusum calamo porrexit acetum.

<sup>adulterinis</sup> <sup>.. qui idola colebant</sup>  
Manzeribus populis in deteriora volutis.

Conueniens liquor ille fuit, nam dulcia vina

Sicut inhorrendum dum conuertūtur acetum;

Et mensis proiecta iacent: sic tempore pulco

<sup>.. iusticia</sup> <sup>.. generatio</sup>  
Bens accepta deo nūc est odiosa propago.

ostendit quom̄  
Ipsū ad inferna  
descendens et de resu  
ratione sanctorū et

dei templi risione

27.

<sup>postquam</sup>  
Ergo vbi cuncta boni completa est passio christi;

Ipsē animam proprio dimisit corpore sanctam;

<sup>quia eadē diuina p̄sona</sup>  
Ipsē iterum sumpturus eam: qua mortuus idem;

<sup>.. moriente</sup> <sup>.. morientib; de; j</sup>  
Idem viuus erat: membris obeūtib; in se.

Non obeūte deo: cuius virtute retrosum

Inferne patuere vie. rupteque patescunt

Diuisa compage petre. rediuisa iacentum

Corpora sanctorum fractis abiire sepulchris

In cineres animata suos. subitoque fragore

Illud ouans templum maioris culmina templi

Procubuisse videns ritu plangentis alumpni

Sancia discisso nudauit pectora velo:

Interiora sui populis archana futuris

Jam referanda docens. quia lex velamine moysi

Lecta diu christo nobis veniente patescit.

Dic vbi nunc tristis victoria dic vbi nunc sit

Mors stimulis horrenda tuis: que semper opimis

Instaurata malis cunctas inuadere gentes

Poenali ditione soles. cur pessima non tu

Peruenis ad christus: sed christus peruenit ad te:

Cui licuit sine morte mori. quique omnia gignens

Omnia constituens te non formauit vt esses:

Semine vipereo culpa genitrice crearis.

Et venia regnante peris. iam spiritus artus

Liquerat ad tempus patulo iam frigida ligno

Viscera pendebant et adhuc furor arma ministrans

Cuspide perfossum violat latus usque parenti

*mortuorum*

*suorum*

*in sua corpora*

*mortuus fuisse*

*ad morem*

*figurae quae lex erat figura et*

*vulva*

*clamatio auctoris tot*  
*mortem que peruenit*

*maerens*

*capere*

*in inferno penali*

*sine obligatione mortis*

*creans*

*generante*

*anima*

*corpore*

*rem*

*igit de aprione e late*  
*ris post mortem*

Vulnere purpureus cruor & simul vnda cucurrit.

Wec sunt quippe sacre pro religionis honore

Corpus sanguis aqua tria vite munera nostre.

Fonte renascentes membris & sanguine christi

Descimur, atq; ideo templum deitatis habemur:

Quod seruare deus nos annuat immaculatum:

Et faciat tenues tanto mansore capaces.

Ergo ubi thesaurum positi iam corporis amplum

Mobilis accepit domino locus ille sacente

Mobilior surgente tamen: generatio fallax

Rugebat sub corde nephas, qd nocte silenti

Discipuli christum raperent: & abisse referrant

Ter redeunte die: sicut predixerat ipse.

Quo stimulare metu vigilum munimina poscunt

Plura dari: seu aq; locum obsidione teneri.

Si nondum post vincula crucis post vulnera ferri

Post obitum mortis numerosa cede cruentum

Carnifices implestis opus: nec creditis illum

Qui rociens inuis animas producit ab umbris:

Posse suam reuocare magis: peioribus aptos.

Consiliis armate dolos signate sepulchrum.

Ponite custodes, monumento aduoluite sacrum.

Subiungit de sepultu  
e et de apofitione  
custodum.

Quis poterit servare <sup>domini</sup> <sup>aprinipio</sup> <sup>in morte</sup> <sup>cardine rerum</sup>  
Cuncta patent: vndis habitat: per tartara regnat:

Et celi de nube tonat: quid seue tumultus  
Excubiis <sup>custodis</sup> de pdis opus: quid interis illam  
Explorare <sup>inquire</sup> fidem: cui non vis credulus esse:

Explicit quintus liber Incipit <sup>septu</sup> quartus.

Secundij liber septij inci-  
pit in quo agit de re-  
surrectione et primo  
diem resurrectionis  
describit subiugens  
aduentus mulierum ad  
sepulcrum cu in mate-  
domini et de visione a-  
geli nunciantis de resurre-  
ctione mathei ultimo.  
genesis. 2.



<sup>et splendore</sup> Sperat interea post tristia sabbata foelice  
<sup>hies</sup> Irradiare dies: culmen qui nominis alti  
A dno dominare trahit: primusqz videre

<sup>accari</sup> Promeruit nasci mundum: atqz resurgere christum.  
Septima nam genesis cum dicit sabbata: claret

Hunc orbis caput esse diem: quem gloria regis  
Hunc etiam proprii donans fulgore trophei  
<sup>imperij</sup> Primatum retinere dedit: hoc luminis ortu

Virgo parens: alicqz simul cum munere matres  
Messis arduatice noctu venere gementes  
Ad tumulum: vacuūqz videntiam corpore factum:  
Sed plenum virtute locum: nam missus ab astris

Angelus <sup>separari</sup> amoris <sup>incens</sup> residebat vertice saxi  
Flameus <sup>albo</sup> aspectu niveo vestitus amictu.  
Hic gemina <sup>mulieribz</sup> <sup>custodibz</sup> spem: terrorem: et gaudia portans  
Cunctaqz dispensans: custodibus igne minasci

<sup>mulieribus</sup>  
Generat: in formam christum querentibus albam

<sup>militibus</sup> Ille igitur dominum <sup>superata</sup> calcata vivere morte

<sup>re et fuga et ficto me</sup> Angelica didiscere fide, perterritus autem

<sup>dario propter acceptas pecuniam</sup> Miles in ancipiti retinet discrimine vitam,

Deserta statione fugax, testisq; timoris

<sup>voluntaria</sup> Vera refert gratis: postq; data munera: fallit.

<sup>mentit</sup> Discipulumq; globum placidi sub tempore somni

<sup>improbat fictione furti</sup> Clam sibi nocturna christum abstraxisse rapina

<sup>subvertes hinc figura</sup> Composito simulatoz ait, fare improbe custos:

Responde scelerata cohors, si christus (vt audes

<sup>accepto</sup> Dicere) concluso furtim productus ab antro

<sup>vos v</sup> Sopitos latuit: cusus iacet intus amictus?

<sup>spolia</sup> Cuius ad exuias sedet angelus: an ne beati

<sup>fur</sup> Corporis ablatoz velocius esse putauit

<sup>portare</sup> Soluere coniectum q; deuectare ligatum?

Cum mora fit furtis contraria, caucius ergo

Cum domino potuere magis sua lintea tolli:

Mentita est vox vana sibi, tamen ista figuram

<sup>separatus</sup> Res habet egregiam, iudeis constat ademptum

<sup>gentiles</sup> Quem nos deuoto portamus corpore christum.

Plange sacerdotes pituiros plange ministros

Et populum iudea tuum pro talibus asus

<sup>intraat iudaeorum popu</sup> luz in plantuz pro tanto  
<sup>celere comisso.</sup>

va via f.



*f. reg*

*ca. f. ca.*

Non tuba non vinctus non iam tua victima grata

Que nam bella tibi clanget tuba rege perempto;

Quis tuus vinctus erit: que verum amiseris vinctum

Victima que dabitur cum victima pastor habetur

Ecclesiam christus pulchro sibi <sup>adiungit</sup> vinxit amore,

Discedat synagoga suo <sup>denigrata</sup> fuscata colore;

Hec est conspicuo radians in honore marie <sup>s. Agniti s. sing. holluz</sup>

Que cum clarifico semper sit nomine mater,

Semper virgo manet; cuius se visibus astans

Luce palam dominus prius obtulit; vt bona mater

Grandia depulgans miracula; que fuit olim <sup>in inuena</sup> <sup>nota</sup>

Aduenientis iter; hec sit redeuntis <sup>in inuena</sup> et iudex

<sup>in car. die</sup> Vox aliis conuina potens in fragmine panis <sup>in exarone</sup>

Agnitus emittit; qui verus panis apertis <sup>magis</sup>

Semper adest oculis; fidei quos gratia claros <sup>s. oculos</sup>

Efficit; vt dominum viuentem cernere possint,

Sepe de hinc proprios diuersi temporis horis;

Discipulos manifestus adit vescentibus illis <sup>magis</sup>

Exemplo nunc ora ferens; nunc piscis adusti <sup>ma</sup>

Atq; faui mandens epulas; quo rite doceret

Corporeas res esse dapes; seseq; videri <sup>ppis</sup>

In membris; quibus ante fuit formidine rursus <sup>in membris</sup>

f. 4

Subiungit ap. ratione e duobg discipulis cum tibg emag et quom agnitq est in featione panis ludhe. 2 4.

Subiungit alias ap. rationes xpi et pmo quando manducant fauiz melis et partem piscis assi ludhe. 2 7.

*Agit de alia apacitio*  
*ne my essent fores*  
*clausa quando insula*  
*mit et dedit illis spm*  
*Am et quom post dies*  
*octo iterum apacuit*  
*eis et thome ostendit*  
*manns et latqz iho*  
*anis. 20.*

<sup>plebs</sup> Plebis apostatice dominū que ceca negasset  
<sup>discipulorum</sup> Dum foribus clausis residereturba fidelis:  
Pace salutantis sese intulit, atqz foratas  
<sup>explicans</sup> Expediens palmas nudat latus, ast ibi thomas:  
<sup>dubiqz in fide</sup> Cui didimus cognomen erat cum fratribus una  
Non fuerat: dubiamqz fidem sub corde gerebat:  
Donec rursus eo pariter residente veniret:  
<sup>separatqz quoad diuinitate</sup> Qui nunq̄ substractus erat, tunc limine clauso  
<sup>si</sup> Constitit in medio, nec dedignatur apertum  
<sup>si thome</sup> Discipulo monstrare latus: tactuqz probari  
<sup>si thome dubitantis</sup> Vulneris, z mentem patienter ferre labentis,  
<sup>thome</sup> Agnitus hinc potius q̄ sit dubitantis amicus:  
<sup>artificiosas</sup> Quisqz enim artifices ceca sub ymagine fraudes  
<sup>suberat</sup> Instruit: z vanas cupit exercere figuras:  
<sup>si presertim</sup> Non vult agnosci, non vult sua facta requiri:  
Et lateant sub nube doli, nebulaqz recludens  
Omnia sollicitos odit simulator amicos,  
<sup>suus oia</sup> Enarus item dominus Petro piscante per equos  
<sup>uicia</sup> Cum sociis, captum esse nihil; dimittere lina  
<sup>vagante p. flumz</sup> In dextras hortatur aquas, mox gurgite clauso  
<sup>si p. uict</sup> Pendula fluctuagam traxerunt retia predam,  
<sup>si dertis</sup> Per tipicam noscenda viam, nam retia dignis

*1 no!*  
*1 moralitate*  
*tem*

*Subdit quom iterum*  
*se manifestavit*  
*discipulis ad mare*  
*tiberiadis ibidem*

<sup>preceptis</sup>  
Lucida sunt precepta dei quibus omnis in illa  
Dextra parte manens concluditur, ac simul vltis

Fertur apostolicis domini ad vestigia christi,

<sup>ad discipulis</sup>  
Nec piscis praeque vacant: et panis in vno

Discipulis inuenta loco, quae nã ambigat vnam

His rebus constare fidem: quippe est aqua piscis,

Christus adest panis, sanctusque spiritus ignis,

<sup>ex aqua</sup> Hinc et enim abluimur, hoc pascimur, inde sacramur.

Tunc epulis preceptor eos inuitat edendis,

Alloquitis de more piis, mensamque petentes

<sup>presentis</sup> Unanimes nota domini bonitate, fruuntur:

Et christum sensere suum, modicoque paratu

Postquam victa fames: et surrexere relictis?

<sup>mensis</sup> Rite rhoris: an corde petrus se diligit alto:

<sup>mensis</sup> Explorat dominus, Petrus annuit, ergo nitentes

<sup>mensis</sup> Pastor amans augere greges operario in omni

Parte bono comendat oues: comendat et agnos,

<sup>mensis</sup> Nec terno sermone monens: ut terna negantis

<sup>mensis</sup> Culpa recens parili munero purgata maneret:

<sup>mensis</sup> Unde sequenda docens pacet inquit: omnes habete

Pacem ferre meam, pacem portare quietam,

Pacem per populos monitis dispergite sanctis!

*Subnectit missionem  
discipulorum in mun-  
dum ad predicandum  
euangelium in creatu-  
re mundi ultimo.*

<sup>.i. peratis</sup>  
Et mundum vacuate malis, gentesq; vocate

Finibus e cunctis: <sup>la. f.</sup> <sup>.i. ce</sup> latus qua tenditur orbis.

<sup>.i. amozitate mea</sup> <sup>.f. baptisimj</sup>  
Iussis mādato meis omnesq; in fonte lauari

*Agit finalit de as  
rensione dny in ce  
lis iudye Ultimo.*

<sup>.f. montem olivasti</sup>  
Hec vbi dicta pio dominus sermone peregit:

Betanie mox arua petit, coramq; beatis <sup>.i. atensione</sup>

Qui tantum meruere viris spectare triumphum

<sup>reli</sup>  
Ethereas euectus ab it sublimis in auras.

Ad dextram sedet ipse patris totumq; gubernat

Iure suo: qui cuncta tenens excelsa vel inima

Tartara post celum penetrat: post tartara <sup>iteruz. f.</sup> coelum.

Illi autem letis cementes vultibus altis

<sup>.i. viam etheream</sup>  
Ire nubes dominū tractusq; choruscos

Vestigis calcare suis venerantur adorant

Sydereasq; vias alacri sub corde reportant:

Quas cunctos doceant testes, nam iure fideles

<sup>discipuli</sup>  
Diuine virtutis erant: qui plura videntes

Innumerabilium scripserunt pauca bonorum.

Nam si cuncta sacris voluissent tradere cartis:

<sup>compresedere</sup>  
Facta redemptoris: nec totus cingere mundus

<sup>vires</sup>  
Sufficeret: densos per tanta volumina libros.

<sup>.i. sacra scriptura</sup>  
Sedulius domini per cuncta noualia pergens,

En loca prospexit in ulto radiantia flore:

*Perapitulatio  
operis auctoris  
et quom ad opy  
pagensum fuerit induty.*

Discurrit per prata libens, quo gramine vidit  
 David diuino modulantem carmina cantu.  
 Ille <sup>postquam</sup> ubi grandisonis captus dulcedine plectri  
<sup>caritate incēdit</sup> Tritur, & celeri graditur per lilia passu:  
 Sacratosq; iterum late conspexit amoenos,  
 Eterna christi fluiuos quos abluuit vnda.  
 Nec passus torpere diu doctoris acumen  
 Tunc sua danica dilecto plectra poposcit  
 Irrita polluti contempsit numina mundi  
 Signa crucis fronti ponit breuiterq; triumphos  
 Tangit christe tuos numerosaq; premia beat.  
 Ergo his dum vario decorat sua rura calore  
 Stabunt hii garrula duce testudine versus.

Lanteinus domino socii: canteinus honorem;

Dulcis amor christi personet ore pio.

Primus ad inima ruit magna de luce superbus;

Sic homo cum tumuit: primus ad ima ruit.

83. Unius ob meritum cuncti periere minores

Saluantur cuncti vnius ob meritum.

Sola fuit mulier patuit qua ianua leti.

Et qua vita redit: sola fuit mulier.

84. Frater iniquus erat: iustum qui percussit olim

f. iit.

sequit<sup>r</sup> canticum sedulij  
 ex amato et penitente  
 tro versib; conscriptis  
 in quo figurat veteris  
 testamenti ad epli  
 cat.

<sup>Indas</sup>  
Dampnator christi frater iniquus reat.

<sup>.. nōis abel .. f. ynoctam</sup>  
Transitus ille monet quid prima amisit origo:

<sup>f. p. dione iure</sup>  
Quid ventura parent transitus ille monet.

is  
S. 7.

<sup>f. noe</sup> <sup>delumij</sup>  
Archaleuatur aquis homines ne perderet equos

<sup>f. d. in reue</sup> <sup>f. Amittans vite</sup>  
Ite pereant homines archa leuatur aquis.

<sup>morte</sup>  
Sume pater populos pro nati vulnere cunctos

<sup>morte</sup>  
Cum tradis christum: sume pater populos

S. 2. 2.

<sup>hostia</sup> <sup>f. q. d. f. g. erat</sup>  
Hostia summa patris magnis signata figuris.

<sup>f. f. q.</sup>  
Quam referat christus hostia summa patris.

S. 3. 3.

<sup>f. i. iacob</sup>  
Claudicat ecce videns dominum dum preualet heros

<sup>.. d. uenit ad deniat</sup>  
Aspera gens christum claudicat ecce videns.

S. 4. 2.

<sup>iosep</sup> <sup>perato</sup>  
Reppulit ille famem mercatus crimine fratrum.

<sup>f. conuipia nre. et p. rri</sup>  
Clenditus est christus: reppulit ille famem.

So. 2 et 3

<sup>ofaxas</sup> <sup>f. i. iacob</sup> <sup>f. Made rco p. rri</sup>  
Perfide corde peris: dum vastant omnia plage.

<sup>f. i. in morte</sup> <sup>f. opopuli iusticie</sup>  
Dum cessant plage: perfide corde peris.

So. 1 3.

<sup>patralis</sup> <sup>f. i. iacob</sup> <sup>f. i. iacob</sup>  
Agnus ab hoste sacer reuocauit sanguine patris.

<sup>lib. at. i. 2</sup> <sup>f. ad emone</sup>  
Sanguine nosq; refert agnus ab hoste sacer

epodi. 1 4.

<sup>maius rmbri</sup> <sup>f. p. i. iacob</sup>  
Obruit vnda nephas populo gradiente per equos.

<sup>f. d. i. iacob</sup> <sup>f. i. iacob</sup>  
Hunc mundi populis obruit vnda nephas:

epodi. 1 6.

<sup>f. i. iacob</sup>  
Murmurat impietas mana veniente resecta:

<sup>f. i. iacob</sup> <sup>f. i. iacob</sup>  
Danis adest christus murmurat impietas.

epodi. 3 2.

<sup>f. i. iacob</sup> <sup>f. i. iacob</sup>  
Nebis sibi dura caput terre cultoris adoptat

<sup>pondit</sup>  
Abstulit bene christum plebs sibi dura caput

<sup>facta moysi</sup> Lex dedit iudicium veteris de crimine poene <sup>ignoranie qd pto</sup>

<sup>videtur facta</sup> Quodqz salus veniat lex dedit iudicium <sup>in quatuor dicit</sup>

<sup>emissis aquas</sup> En lapis irriguus faciate incredule fonte <sup>populi</sup>

Quid christum reprobas en lapis irriguus <sup>ipse est</sup>

<sup>lenitice</sup> <sup>admiranda psona</sup> <sup>parum</sup>  
Carpitur igne sacro munus v otunqz priorum

<sup>9</sup> <sup>si filii vero vel filii lani</sup>  
Sediciosa tribus carpitur igne sacro

<sup>16</sup> <sup>transmissio</sup> <sup>agunt</sup> <sup>si iohes</sup>  
Regna beata patris legis nunc contigit heres

Diesus dispensat regna beata patris

<sup>iohne 6</sup> Destruit archa dei muros dum circuit hostem <sup>si iohes</sup>

Sic hostem mundi destruit archa dei <sup>si demone</sup>

<sup>iohne 3 6</sup> Area vellus habet madido sed vellere sicca est <sup>populi iud</sup>

Siccum tota madens area vellus habet

<sup>dimoz</sup> Vincis honore dei promisso munere gentes <sup>si sancto pater</sup>

Affectu nate vincis honore dei

<sup>qui regn</sup> Tu decus omne tuis qui sternis cede goliam <sup>si iohes</sup>

Qui vincis mundum tu decus omne tuis

Maxima dona dei cuncti cecinere propbete

Implevit christus maxima dona dei <sup>instulit</sup>

Pondera dura tulit mandatum legis et iram <sup>si e pto</sup>

Gratia mandati pondera dura tulit <sup>si iohes</sup>

Virgo maria nitet nullo temerante pudorem <sup>si iohes</sup>

*Handwritten marginal notes:*  
Vellere populi iudaeiq  
area ceteras gentes salua  
de pmo populi iudaeiq  
plang ceteras aridias  
man arq postea mone  
pmo q sancto ne ponit a solq pop  
et secudo q e pmo q  
infidelitate  
gentes fuerunt  
de deo dei



Post partum pueri virgo maria nitet.

Filius hic hominis fit maxima questio mundi

Mobiscum deus est filius hic hominis.

*Joan. 1.*

Gaudia magna dei mundus percepit & ambit.

Respuit hunc mundus gaudia magna dei

Signa mouent populos cernunt magnalia ceci

Nulla tamen duos signa mouent populos

Aspera mors populis ligno deduta cucurrit

Aufertur lignis aspera mors populis

Ipse tulit dominus pro penis murmura seruis

Pro seruis penas ipse tulit dominus.

Vita beata necem amiseris auertere venit

Pertulit amiseris vita beata necem.

Lumen adesse dei persensit tartarus ingens

Nec cernunt homines lumen adesse dei.

Mors fera per hominem miserum sibi subdidit orbem.

Subdita contremuit mors fera per hominem.

Suscitat ecce genus morti pater ille prophanus!

Ad vitam christus suscitatur ecce genus

Hic populus dominum dura ceruice negauit.

Suscepit primus hic populus dominus.

Sanguine leta redit fuso gens impia christi.



*gentes fidelis*  
Sustato christi sanguine leta redditt.  
*potestis* *originalit' adu'*  
Crimina cuncta suis terrenus contulit auctor  
Dissoluit christus crimina cuncta suis  
*ade r. obligat*  
Libera corda sibi facinus deuinxerat olim  
Hunc reficit christus libera corda sibi  
Fortia vincula dedit peccati seua potestas;  
Dulcis amor christi fortia vincula dedit;  
Iam super astra sedet cuncti exultate fideles  
*lenis* *e*  
Perfide quid seuis: iam super astra sedet.  
*in ueromundo pre* *sub*  
Mortuus ille tonat celum terramq; subegit,  
Quid facient hostes mortuus ille tonat.  
*utroque legis*  
Pellitur umbra die christi veniente figura;  
*populi gentis*  
Christus adit gentes pellitur umbra die  
*ofidelis* *at e*  
Te properare docent: et signa et secula prima,  
*in mala*  
Nos quoq; que gerimus te properare docent,  
*compleuit* *f. patru veteris*  
Unicus adueniens firmavit uota priorum *restituta*  
Uota dedit nobis unicus adueniens.  
*missa*  
Passio christe tui compleuit in unera legis,  
Munera nostra replet passio christe tui.  
*e* *patru*  
Hic homo qui deus est: spes est antica priorum;  
*f. mundi*  
Spes in fine piis hic homo qui deus est.  
Unus erit fidei toto credentibus euo,

Qui dedit vt credant munus erit fidel.  
*spu alius vel in die iudicij*  
Te veniente deus mundanus concidit error.  
Concidit hic mundus te veniente deus.  
*f. predicata*  
Gratia plena dei est: que totis gentibus extat.  
*separant*  
Abscedant secte gratia plena dei est.  
*ad iud. f.*  
Sola columba redit que totum circuit orbem.  
*.i. hereticos .i. fideles*  
Discedant corui sola columba redit: *f. ad e*  
*in die iudicij*  
Adueniet dominus dare digna piis mala prauis.  
Credite iam miseri adueniet dominus.  
Visio christe tui tormentum et pena malorum.  
*uir f.*  
Gloria cuncta bonis visio christe tui.  
Gloria magna patri: semper tibi gloria nate:  
*.i. spu*  
In eumate cum sancto gloria magna patri.

Explicit Sextus liber Sedulij.



